

XIV.

DÁTAMES,

HIJO DE CAMISARES, DE CARIA.

CAPÍTULO I.

Dátames, bajo Artajerjes Mnemon, sucede á su padre en el gobierno de la Cilicia. (Año 4 de la olimpiada xcviij, 585 antes de J. C.)

Venio nunc ad fortissimum virum, maximique consilii omnium barbarorum¹, exceptis duobus Carthaginiensibus, Hamilcare et Hannibale; de quo hęc plura referemus, quòd² et obscuriora sunt ejus gesta pleraque, et ea, quę prosperè ei cesserunt, non magnitudine copiarum, sed consilii, quo tum omnes superabat, acciderunt. Quorum nisi ratio³ explicata fuerit, res apparere⁴ non poterunt. Datames, patre Camissare, natione Care⁵, matre scythissá⁶ natus,

¹ *Maximique consilii omnium barbarorum.* El de mas ca-beza de todos los extranjeros, ó de todos aquellos á quienes los Griegos tratan de bárbaros.

² *De quo hęc plura referemus, quòd.* Del cual hablaré tanto mas difusamente, quanto, etc.

³ *Ratio.* La serie.

⁴ *Apparere.* Constar con claridad.

⁵ *Natione Care.* Natural de la Caria, provincia del Asia menor.

⁶ *Scythissá.* Natural de la Escitia.

primùm militum numero fuit, apud Artaxerxem, eorum qui regiam tuebantur¹. Pater ejus Camissares, quòd et manu fortis, et bello strenuus, et regi multis locis² fidelis erat repertus, habuit provinciam Cilicię, juxta Cappadociam, quam incolunt Leucosyri³. Datames, militare munus fungens, primùm qualis esset apparuit in bello quod rex⁴ adversus Cadusios⁵ gessit: namque hic, multis millibus regionum⁶ interfectis, magni fuit ejus opera⁷. Quo factum est, ut, quum in eo bello cecidisset Camissares, paterna ei traderetur provincia.

CAPÍTULO II.

Dátames coge á Tio vivo.

Pari se virtute postea prębuit, quum Autophradates⁸, jussu regis, bello persequeretur eos qui de-

¹ *Qui regiam tuebantur.* Que hacian guardia en palacio.

² *Multis locis.* En muchas ocasiones.

³ *Leucosyri.* Pueblos que habitaban una parte de la Cappadocia.

⁴ *Rex.* Artajerjes, llamado Oco.

⁵ *Cadusios.* Pueblos de la Media, entre el mar Caspio y el Ponto Euxino.

⁶ *Regionum.* De las tropas del rey Artajerjes. Otros leen *hostium*, y otros omiten *regionum*.

⁷ *Magni fuit ejus opera.* Sirvió de mucho en la batalla. Segun la leccion que seguimos, la hazaña de Dátames fué el rechazar al enemigo, que hacia mucho destrozo en el ejército de Artajerjes.

⁸ *Autophradates.* General de Artajerjes.

fecerant : namque ejus operâ hostes, quum castra jam intrassent¹, profligati sunt, exercitusque reliquus conservatus regis est. Quâ ex re majoribus rebus præesse cepit. Erat eo tempore Thyus, dynastes² Paphlagoniæ³, antiquo genere, natus a Pylæmene illo, quem Homerus⁴ troico bello a Patroclo interfectum ait. Is regi dicto audiens non erat. Quam ob causam bello eum persequi constituit; eique rei præfecit Datamem, propinquum Paphlagonis : namque ex fratre et sorore erant nati. Quam ob causam Datames omnia primùm experiri voluit, ut sine armis propinquum⁵ ad officium⁶ reduceret. Ad quem quum venisset sine præsidio, quòd ab amico nullas vereretur insidias, pene interiit : nam Thyus eum clam interficere voluit. Erat mater cum Datame⁷, amita Paphlagonis : ea, quid ageretur, rescit, filiumque movit. Ille fugâ periculum evitavit, bellumque indixit Thyo. In quo quum ab Ariobarzane, præfecto Lydiæ et Ioniæ totiusque Phrygiæ, desertus esset,

¹ *Quum castra jam intrassent.* Habiendo ya vencido las trincheras.

² *Dynastes.* Señor principal, régulo ó rey tributario de la Persia.

³ *Paphlagoniæ.* Provincia del Asia menor.

⁴ *Homerus.* Aquí padeció Nepote manifiesta equivocación; pues por Homero consta que no fué Patroclo, sino el rey Menelao, quien mató á Pilemenes.

⁵ *Propinquum.* Eran primos carnales.

⁶ *Ad officium.* A su obligación, á su deber.

⁷ *Erat mater cum Datame.* La madre estaba en compañía de Dátames.

nihilò segniùs perseveravit¹, vivumque Thyum cepit cum uxore et liberis.

CAPÍTULO III.

Dátames, disfrazado con un traje muy extraño, lleva á Tio delante del rey. Nómbrasele general de las tropas para la guerra de Égipto.

Cujus facti ne priùs fama ad regem quàm ipse perveniret, dedit operam. Itaque, omnibus insciis, eò, ubi erat rex, venit, posteroque die Thyum, hominem maximi corporis, terribilique facie, quòd et niger et capillo longo barbâque erat prolixâ², optimâ veste³ contexit, quam satrapæ regii gerere consueverant; ornavitque etiam torque et armillis⁴ aureis, ceteroque regio cultu⁵. Ipse agresti duplici amiculo⁶ circumdatus, hirtâque tunicâ⁷, gerens in capite galeam venatoriam⁸, dextrâ manu clavam⁹, sinistra copu-

¹ *Nihilò segniùs perseveravit.* Llevó adelante la empresa sin aflojar un punto.

² *Prolixâ.* Larga.

³ *Optimâ veste.* Ropa de púrpura bordada de oro, de que usaban los reyes de Persia, y concedian por distincion á los sátrapas ó señores principales.

⁴ *Armillis.* Brazaletes.

⁵ *Regio cultu.* El ornato real, insignias reales.

⁶ *Duplici amiculo.* Capoton, sayo, casacon, que tambien se llama en latin *abolla*.

⁷ *Hirtâ tunicâ.* Una zamarra.

⁸ *Galeam venatoriam.* Casco de cazador. Este se hacia de los despojos de las fieras cazadas.

⁹ *Clavam.* Maza.

lam⁴, quã vinctum ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret. Quem omnes quum prospicerent propter novitatem ornatũ ignotamque formam², ob eamque rem magnus esset concursus, fuit non nemo qui agnosceret Thyum, regique nuntiaret. Primò non acceperat. Itaque Pharnabazum misit exploratum; a quo ut rem gestam comperit, statim admitti jussit, magnopere delectatus quum facto, tum ornatu, in primis quòd nobilis rex in potestatem inopinanti venerat. Itaque magnificè Datamem donatum ad exercitum misit, qui tum contrahebatur duce Pharnabazo et Tihrauste ad bellum ægyptium; parique eum atque illos imperio³ esse jussit. Postea verò quàm Pharnabazum rex revocavit, illi summa imperii tradita est⁴.

CAPÍTULO IV.

Dátames, detenido por órden del rey de Persia, coge á Aspis, sátrapa de Cataonia.

Hic quum maximo studio compararet exercitum, Ægyptumque proficisci pararet, subito a rege litteræ sunt ei missæ, ut Aspim aggrederetur, qui Cataoniam⁵ tenebat; quæ gens jacet supra Ciliciam⁶, con-

⁴ Copulam. Soga, correa, ramal.

² Formam. Figura.

³ Imperio. Autoridad.

⁴ Illi summa imperii tradita est. Quedó mandando en jefe.

⁵ Cataoniam. Esta tierra ó provincia, segun algunos, era parte de la Capadocia.

⁶ Supra Ciliciam. Mas allá de la Cilicia.

finis Cappadociæ. Namque Aspis, saltuosam⁴ regionem castellisque munitam incolens, non solum imperio regis non parebat, sed etiam finitimas regiones vexabat; et, quæ regi portarentur, abripiēbat. Datames, etsi longè aberat ab his regionibus, et a majore re abstrahebatur², tamem regis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum paucis, sed viris fortibus, navem conscendit, existimans (id quod accidit) facilius se imprudentem³ parvã manu oppressurum, quàm paratum, quamvis magno exercitu. Hac⁴ delatus in Ciliciam, egressus inde, dies noctesque iter faciens, Taurum transiit, eoque, quò studuerat, venit. Quærit quibus locis sit Aspis: cognoscit haud longè abesse, profectumque eum venatum; quem dum speculatur⁵, adventus ejus causa cognoscitur. Pisidas⁶, cum iis quos secum habebat, ad resistendum Aspis comparat. Id Datames ubi audivit, arma sumit; suos sequi jubet; ipse equo concitato⁷ ad hostem vehitur. Quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem⁸, pertimescit, atque a conatu resistendi deterritus, sese dedit.

⁴ Saltuosam. Cortada con desfiladeros.

² A majore re abstrahebatur. Le apartaban de una empresa mas importante.

³ Imprudentem. Desapercibido.

⁴ Hac. En esta nave.

⁵ Quem dum speculatur. Mientras toma lengua, mientras le espia.

⁶ Pisidas. Un cuerpo de Pisidas, gente de aquella cerania.

⁷ Equo concitato. A toda brida, á rienda suelta.

⁸ Ad se ferentem. Que iba á dar sobre él.

Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit Mithridati.

CAPÍTULO V.

Dátames, informado de los lazos que le arman los cortesanos del rey, se apodera de la Capadocia y de la Paflagonia. (Año 5 de la olimpiada civ, 562 antes de J. C.)

Hæc dum geruntur, Artaxerxes, reminiscens a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum¹ misisset, se ipse reprehendit, et nuntium ad exercitum Acen² misit (quòd nondum Datamem profectum putabat) qui diceret ne ab exercitu discederet. Ille, priusquam perveniret quò erat profectus, in itinere convenit, qui Aspim ducebant. Quà celeritate quum magnam benevolentiam regis Datames consecutus esset, non minorem invidiam aulicorum excepit³, qui illum unum pluris quàm se omnes fieri videbant; quo facto, cuncti ad eum opprimendum⁴ consenserunt. Hæc Pandates, gazæ custos regiæ⁵, amicus Datami, perscripta ei mittit, in quibus docet, eum magno fore in periculo, si quid, illo imperante, in Ægypto adversi accidisset: namque eam esse consuetudinem regiã, ut casus adversos hominibus tribuant, secundos fortunæ suæ: quo fieri ut facile

¹ *Principem ducum.* El mejor de sus generales.

² *Acen.* Ciudad de Fenicia.

³ *Excepit.* Tuvo que sufrir, experimentó.

⁴ *Ad eum opprimendum.* A derribarle, á solicitar su caída.

⁵ *Gazæ custos regiæ.* Guarda del tesoro del rey. Gaza es palabra persiana, que significa riquezas.

impellantur ad eorum perniciem, quorum ductu res malè gestæ nuntientur: illum hòc majore fore in discrimine, quòd, quibus rex maximè obediãt¹, eos habeat inimicissimos. Talibus ille litteris cognitis, quum jam ad exercitum Acen venisset, quòd non ignorabat ea verè scripta, desciscere a rege constituit; neque tamen quidquam fecit, quod fide suã esset indignum. Nam Mandroclem magnetem² exercitui præfecit; ipse cum suis³ in Cappadociam discedit; conjunctamque huic Paphlagoniam occupat, celans quã voluntate esset in regem. Clam cum Ariobarzane facit amicitiam, manum comparat, urbes munitas suis tuendas tradit.

CAPÍTULO VI.

Dátames pierde á su hijo, que habia enviado á pelear contra los Pisidas. Véngase de la perfidia de su suegro, que se habia pasado al enemigo.

Sed hæc propter hiemale tempus minús prosperè procedebant. Audit Pisidas quasdam copias adversùs se parare. Filium eò Arsidaëum cum exercitu mittit. Cadit in prælio adolescens: proficiscitur eò pater, non ita magnã cum manu, celans quantum vulnus accepisset; quòd priùs ad hostem pervenire cupiebat, quàm de re malè gestã fama ad suos perveniret, ne, cognitã filii morte, animi debilitarentur militum.

¹ *Quibus rex maximè obediãt.* Los que mas mano tienen con el rey, de los que mas se fia el rey.

² *Magnetem.* Natural de Magnesia, en Macedonia.

³ *Cum suis.* Con algunos de sus afectos.

Quò contenderat, pervenit; iisque locis castra ponit, ut neque circumiri multitudine adversariorum posset, neque impediri quominus ipse ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eo Mithrobarzanes, socer ejus, præfectus equitum: is, desperatis generi rebus, ad hostes transfugit. Id Datames ut audivit, sensit¹, si in turbam exisset ab homine tam necessario se relictum, futurum, ut ceteri consilium sequerentur. In vulgus edit², « suo jussu Mithrobarzanem profectum pro perfugâ³, quò facilius » receptus hostes interficeret. Quare eum relinqui » non par esse, sed omnes confestim sequi: quod si » animo strenuo fecissent, futurum ut adversarii » non possent resistere, quum et intra vallum et » foris⁴ cæderentur. » Hac re probatâ, exercitum educit; Mithrobarzanem persequitur, qui tantum quòd⁵ ad hostes pervenerat, Datames signa inferri jubet⁶. Pisidæ novâ re commoti, in opinionem adducuntur perfugas malâ fide compositi⁷ fecisse, ut, recepti, essent majori calamitati. Primum eos adoriuntur. Illi⁸, quum quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent, coacti sunt cum eis pugnare ad quos transierant, ab hisque stare⁹ quos reliquerant.

¹ Sensit. Echó de ver, se hizo cargo.

² In vulgus edit. Publica, esparce la voz de que.

³ Pro perfugâ. Como si fuera desertor.

⁴ Intra vallum et foris. Dentro y fuera de las trincheras.

⁵ Tantum quòd, por vicidum. Apenas.

⁶ Signa inferri jubet. Manda atacar.

⁷ Compositi. De acuerdo con Dátames.

⁸ Illi. Los desertores.

⁹ Ab hisque stare. Y pelear á favor de aquellos.

Quibus quum neutri parcerent, celeriter sunt occisi. Reliquos Pisidas resistentes Datames invadit; primo impetu pellit; fugientes persequitur; multos interficit; castra hostium capit. Tali consilio, uno tempore et proditores perculit, et hostes profligavit; et, quod ad suam perniciem fuerat cogitatum, id ad salutem convertit: quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum, neque celerius factum usquam legimus.

CAPÍTULO VII.

Dátames es vendido por su hijo mayor.

Ab hoc tamen viro Scismas, maximus natu filius, desciiit, ad regemque transiit, et de defectione patris detulit. Quo nuntio Artaxerxes commotus, quòd intelligebat sibi cum viro forti ac strenuo negotium esse, qui quum cogitasset, facere auderet, et prius cogitare quàm conari consuisset, Autophradatem in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset saltum, in quo Ciliciæ portæ¹ sunt silæ, Datames præoccupare studuit; sed tam subito copias contrahere non potuit. A quâ re depulsus², cum eâ manu quam contraxerat, locum delegit talem, ut neque circumiretur ab hostibus, neque præteriret adversarius³, quin

¹ Ciliciæ portæ. Para entrar en la Cilicia no hay mas que tres estrechos, embocaduras, gargantas ó desfiladeros. El paso desde la Capadocia á la Cilicia es tan malo, que mas que entrada, parece no ser sino unas puertas.

² A quâ re depulsus. No habiendo podido impedir el paso.

³ Neque præteriret adversarius. Ni pudiese avanzar mas el enemigo.

ancipitibus¹ locis premeretur; et, si dimicare cum eo vellet, non multum obesse multitudo hostium suae paucitati posset.

CAPÍTULO VIII.

Autofradates es vencido por Dátames, á pesar de la superioridad de sus fuerzas.

Hæc etsi Autophradates videbat, tamen statuit congregari, quàm cum tantis copiis refugere², aut tandem in uno loco sedere. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi Cardacas³ appellant, ejusdemque generis tria funditorum. Præterea Cappadocum octo, Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem, Lydorum quinque, Aspendiorum et Pisidarum circiter tria, Cilicum duo, Captianorum totidem, ex Græciâ conductorum tria millia, levis armaturæ maximum numerum. Has adversus copias spes omnis consistebat Datami in se, locique naturâ: namque hujus partem non habebat vicesiman militum. Quibus fretus conflixit, adversariorumque multa millia concidit, quum de ipsius exercitu non amplius hominum mille cecidisset. Quam ob causam postero

¹ *Ancipitibus*. Véase la vida de Temíst., cap. 3, not. 5.

² *Refugere*. Retirarse, volver pié atrás.

³ *Cardacas*. Algunos dicen que era una infantería así llamada de la palabra persiana *carda*, que significa *violento*, *feroz*, *guerrero*. Otros dicen que eran unos pueblos del Asia menor, de donde también eran las demás naciones de que se componía este ejército.

die tropæum⁴ posuit, quo loco pridie pugnatum erat. Hinc quum castra movisset, semperque inferior copiis, superior omnibus præliis discedebat, quòd nunquam manum consereret, nisi quum adversarios locorum angustiis clausisset, quod perito regionum, callidèque cogitanti sæpe accidebat. Autophradates, quum bellum duci² majore regis calamitate³, quàm adversariorum, videret, ad pacem atque amicitiam hortatus est, ut cum rege in gratiam rediret. Quam ille etsi non fidam fore putabat, tamen conditionem accepit, seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod rex adversus Datamem susceperat, sedatum putans, Autophradates in Phrygiam se recepit.

CAPÍTULO IX.

Dátames evita con astucia las asechanzas que le arma el rey.

At rex, quòd implacabile odium adversus Datamem susceperat, postquam bello eum opprimi non posse animadvertit, insidiis interficere studuit: quas ille plerasque vitavit; sicut quum nuntiatum esset quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero⁴, de quibus, quod inimici detulerant, neque creden-

⁴ *Tropæum*. Solia hacerse del tronco de un árbol, cortándole el ramaje, y colgando de él las armas y otros despojos del enemigo.

² *Duci*. Ir durando, dilatarse.

³ *Calamitate*. Pérdida.

⁴ *In amicorum erant numero*. Que pasaban por amigos suyos, que se le vendian por amigos.

dum, neque negligendum¹ putavit; experiri voluit verum falsumne sibi esset relatum. Itaque eò profectus est quò itinere futuras insidias dixerant, sed elegit corpore et staturá simillimum suí, eique vestitum suum dedit, atque eo loco ire, quo ipse consueverat, jussit. Ipse autem ornato vestituque militari inter corporis custodes iter facere cœpit. At insidiatores, postquam in eum locum agmen pervenit, decepti ordine atque vestitu, in eum faciunt impetum qui suppositus erat². Prædixerat autem his Dátames cum quibus iter faciebat, ut parati essent facere quod ipsum vidissent. Ipse, ut concurrentes³ insidiatores animadvertit, tela in eos coniecit. Hoc idem quum universi fecissent, priusquam pervenirent ad eum quem aggredi volebant, confixi ceciderunt.

CAPÍTULO X.

Dátames, á pesar de su prudencia, es engañado por Mitrídates.

Hic tamen tam callidus vir extremo tempore⁴ captus est Mithridatis, Ariobarzani filii, dolo. Namque is pollicitus est regi, se eum interfecturum, si rex promitteret, ut, quodcumque vellet, liceret impunè⁵ facere, fidemque de eá re, more Persarum, dextrá⁶

¹ *Negligendum*. Despreciarlo.

² *Qui suppositus erat*. Que representaba á Dátames.

³ *Concurrentes*. Que embestian.

⁴ *Extremo tempore*. Al fin, al cabo.

⁵ *Liceret impunè*. Le concediese la impunidad.

⁶ *Dextrá*. Entre todas las naciones la demostracion de dar la mano es prenda de guardar fielmente la palabra. Entre

dedisset. Hanc ut recepit a rege missam, [simulat se suscepisse cum rege inimicitias]: copias parat, et absens amicitiam cum Datame facit; regis provincias vexat; castella expugnat; magnas prædas capit, quarum partem suis dispertit, partem ad Datamem mittit. Pari modo complura castella ei tradit. Hæc diu faciendo, persuasit homini se infinitum⁴ adversus regem suscepisse bellum: quum nihil magis, ne quam suspicionem illi præberet insidiarum, neque colloquium ejus petivit, neque in conspectum venire² studuit. Sic absens amicitiam gerebat³, ut non beneficiis mutuis, sed odio communi, quod erga regem susceperant, contineri viderentur⁴.

CAPÍTULO XI.

Dátames es asesinado en una entrevista.

Id quum satis se confirmasse arbitratus est, certiorum facit Datamem, tempus esse majores exercitus parari, et bellum cum rege suscipi; de quâ re, si ei videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret.

los Persas esta prenda era aun mas sagrada que el juramento mismo. No solamente solian los reyes de Persia usar de esta demostracion por si mismos en señal de su palabra real, sino que tambien solian dar á algunos sus poderes, para que en nombre del rey dieran la mano á otro.

⁴ *Infinitum*. Irreconciliable, que llevaria al cabo.

² *Neque in conspectum venire*. Ni avistarse con él.

³ *Amicitiam gerebat*. Le daba prendas de amistad.

⁴ *Contineri viderentur*. Pareciese el vinculo que los tenia unidos.

Probatâ re, colloquendi tempus sumitur, locusque quò conveniretur. Huc Mithridates cum uno, cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, et pluribusque locis separatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Ipso autem colloquendi die, utrique, locum qui explorarent, atque ipsos scrutarentur¹, mittunt. Deinde ipsi sunt congressi². Hic quum aliquandiu in colloquio fuissent, et diversi discessissent, jamque procul Datames abesset, Mithridates, priusquam ad suos perveniret, ne quam suspicionem pararet, in eundem locum³ revertitur; atque ibi, ubi telum erat positum, resedit, ut si a lassitudine cuperet acquiescere; Datamemque revocavit, simulans se quiddam in colloquio esse oblitum. Interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vaginâ veste texit, ac Datami venienti ait, digredientem se animadvertisse locum quemdam, qui erat in conspectu, ad castra ponenda esse idoneum. Quem quum digito monstraret, et ille conspiceret, aversum⁴ ferro transfixit, priusque quàm quisquam posset succurrere, interfecit. Ita vir, qui multos consilio, neminem perfidiâ ceperat, simulatâ captus est amicitia.

¹ *Ipsos scrutarentur.* Registrasen á los mismos que habian de concurrir. Esta era la costumbre de los antiguos, cuando se habian de avistar ó abocar príncipes ó generales. El *ipsos* se puede entender tambien de los mismos Mitridates, y Dátames.

² *Ipsi sunt congressi.* Se abocaron.

³ *In eundem locum.* Al mismo lugar donde habian conferenciado.

⁴ *Aversum.* Habiéndose vuelto.

XV.

EPAMINONDAS,

HIJO DE POLIMNO, TEBANO.

CAPÍTULO I.

Prólogo y plan de esta noticia biográfica.

Epaminondas, Polymni filius, Thebanus. De hoc priusquam scribamus, hæc præcipienda videntur¹ lectoribus, ne² alienos mores ad suos referant³, neve ea quæ ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus enim musicen nostris moribus abesse a principis personâ⁴, saltare verò etiam in vitiis poni; quæ omnia apud Græcos et grata, et laude digna ducuntur. Quum autem exprimere imaginem consuetudinis⁵ atque vitæ velimus Epaminondæ, nihil videmur debere prætermittere, quod

¹ *Hæc præcipienda videntur.* Me parece que se debe advertir.

² *Ne. Que no.*

³ *Ad suos referant.* Midan por sus usos ó costumbres. Véase el prólogo de Nepote al principio de la obra.

⁴ *Abesse a principis personâ.* Que desdice de un príncipe, ó de un hombre principal.

⁵ *Exprimere imaginem consuetudinis.* Forma un retrato fiel de las costumbres.